

[1r] In nomine domini nostri Iesu Christi.

## I. DE DIVINATIONE

Ciceronis liber secundus de deorum natura non minus lacer in omnibus <sup>1</sup> novis, vetustis etiam exemplaribus reperitur quam olim fuerit Hippolytus turbatis distractus equis; cuius deinde avulsa passim membra, sicuti fabulae ferunt, Aesculapius ille collegit, reposuit, vitae reddidit; [1v] qui tamen deinde <sup>5</sup> fulmine ictus ob invidiam deorum narratur.

Me vero quae nam deterrebit invidia, quod fulmen, quo minus restituere <sup>2</sup> ipsum sibi coner romanae vel linguae vel philosophiae parentem, nescio equidem a quo rursus Antonio truncatum capite et manibus? Fecimus idem <sup>3</sup> antea in ipsius epistolis, eaque nostra quasi dixerim redintegratio iam recepta <sup>10</sup> est, quantum intellego, videlicet excusis passim voluminibus in eam formam quam nos de vetustis exemplaribus praescripsieramus.

Hoc autem loco non vetustatis auctoritate sed conjectura nitimur duntaxat, <sup>4</sup> quae tamen adeo in aperto est ut magis mirandum sit tantum hoc flagitium latuisse hactenus quam aliquando esse deprehensum.

<sup>15</sup> Disputat igitur apud Ciceronem secundo libro de deorum natura Lucilius <sup>5</sup> Balbus Stoicos sequens, eaque disputatio quadripartita est. Primum enim deos <sup>6</sup> esse docet, deinde quales sint, tum mundum ab his administrari, postremo consulere eos rebus humanis. Sed in exemplaribus (ut video) praeposterus <sup>7</sup> atque omnino perturbatus hic ordo omnis est [2r] sic ut in aliarum partium <sup>20</sup> locum partes aliae temere incurrent.

Ubi igitur a secundi libri capite evolverimus instar trium paginarum, dum <sup>8</sup> adhuc tractatur prima pars ac docetur esse deos, in haec verba incidemus:

Est igitur id quo illa conficiuntur homine melius: id autem quid potius dixerim quam deum?

<sup>25</sup> Atque hactenus integra lectio. Quod autem statim subditur: <sup>9</sup>

largentate fundit, ea ferarum ne an hominum causa gignere videtur,

1. 3 *Misc.*, I 25. 5-6 *Cic.*, *nat. deor.*, 2, 1, 3. 8 *Cic.*, *nat. deor.*, 2, 6, 16. 9 *Cic.*, *nat. deor.*, 2, 62, 156.

1. 2 novis] forse non cancellato per dimenticanza dal P. 3 turbatis] turbatus (-tū): si corregge sebbene il P. abbia scritto due volte turbatus: cfr. VERG., *Aen.*, 7, 767 «*turbatis distractus equis*». 19 hic ordo omnis est] l'ordine delle parole e la lettura di omnis sono incerti per le correzioni confuse. 22 deos] lettura incerta: forse deus?

Hippolytus - cf. Lamia: Sed cum tres animi nostri seu partes seu vires ratio, ira, cupiditas sint.... Ut scilicet huic atque illuc a monstris geminis (scil. ab ira et cupiditate) reluet ille in fabulis Hippolytus raptetur et membrorum quasi discerpatur ac dilaretur?

Piso, Ep. Conf. 1486 (cit. Tognoni p. L1): Unitatis pacem turbat ambitus ed sibi haerentem animum extra te rapit et in diversa quasi lacerum trahit atque discerpit.

hoc iam profecto minime cum superioribus congruit tollendumque prorsus e medio quoniam idem post suo sibi loco reperiems cum videlicet quartam partem disputationis explicabimus.

30 [2v] Evolvamus igitur undecim ferme paginas donec incidamus in verba <sup>10</sup> haec:

Et enim si di non sunt, quid esse potest in rerum natura homine melius?

Haec autem superioribus agglutinanda, sic ut legitimus ita sit contextus: <sup>11</sup>

35 Est igitur id quo illa conficiuntur homine melius: id autem quid potius dixerim quam deum? Et enim si di non sunt, quid esse potest in rerum natura homine melius? In eo enim solo ratio est, qua nihil potest praestantius

ceteraque deinceps, nam sensus ipse volens facilisque sequetur.

Pergamus igitur protinus donec alias iterum pertransierimus .xi. paginas <sup>12</sup> in quibus nihil titubatur. Sed ubi ad locum hunc pervenerimus: <sup>13</sup>

40 Et enim qui reliquias naturas omnes earumque semina contineat, qui potest ipse non natura administrari? ut si quis dentes et pubertatem natura dicat existere, ipsum autem hominem cui ea existant non constare natura, non intellegat ea quae haec ferat,

hic autem sistatur gradus. Nam quae statim succedunt nec ipsa cum superioribus <sup>14</sup> quadrant, tum illa ipsa paene sunt quae iterum nos perturbarunt quaeque alieno antea loco substulimus; haec igitur paulisper seponantur differanturque paulisper, vocanda mox tamen ad partes. Interim vero nos retro agamus <sup>15</sup> gradum, donec ad eum ipsum locum revertamur [3r] ubi orta primum perturbatio, videlicet ante duas ac .xx. paginas, quoniam bis .xi. pertransivimus. <sup>16</sup>  
50 Hic ubi constiterimus, omissis quae pauca substulimus illa quae mox secuntur iungamus:

Constat autem quae gignit ex sese perfectiores habere naturas quam ea quae ex iis efferantur

ut in plenum sit haec series verborum:

55 Et enim qui reliquias naturas omnes earumque semina contineat, qui potest ipse non natura administrari? ut si quis dentes et pubertatem natura dicat

<sup>10</sup> Cic., *nat. deor.*, 2, 6, 16. <sup>11</sup> Cic., *nat. deor.*, 2, 6, 16. <sup>13</sup> Cic., *nat. deor.*, 2, 33, 86. <sup>16</sup> Cic., *nat. deor.*, 2, 33, 86.

<sup>28</sup> quoniam . . . loco] lettura del passo molto incerta. <sup>28-29</sup> quartam partem] quarta pars conservata per distrazione dalla red. prec. quarta pars explicabitur. <sup>46</sup> substulimus] lettura incerta. <sup>46-47</sup> haec . . . differanturque paulisper] cont. add. marg.: probabilmente il P. dimenticò di sopprimere uno dei due paulisper. <sup>50-51</sup> sequuntur.

existere, ipsum autem hominem cui ea existant non constare natura, non intellegat ea quae haec ferat. Constat autem quae gignit ex sese perfectiores habere naturas quam ea quae ex iis efferantur.

- 60 Haec igitur et quae deinceps adiuncta sunt his continenter legamus per-<sup>17</sup>  
gamusque porro versus libri calcem donec paginas adhuc .xi. peregerimus;  
sed ubi ventum fuerit ad eum locum:

Terra vero foeta frugibus et vario leguminum genere cum maxima,  
sub hoc verbum consistamus et paginis etiamnum transmissis .xi. verba illa  
65 subiciamus ‘aliquid largitate fundit’ et cetera, ut sit hic ordo integer:

Terra vero feta frugibus et vario leguminum genere cum maxima aliquid lar-  
gitate fundit, ea ferarum ne an hominum causa gignere videtur? Quid de viti-  
bus olivetisque dicam

- reliquaque deinceps adusque finem secundi libri. [3v] Possum equidem falli,<sup>18</sup>  
70 sed certe ad hunc modum «locus hic» restituendus videtur.

Quod autem paginas totiens iubemus .xi. evolvi, modum secuti sumus eius<sup>19</sup>  
voluminis quod tunc nobis haec prodentibus erat in manibus: alias enim aliud  
sequetur, ut in suo cuique codice ratio ostenderit. Quod autem nunquam<sup>20</sup>  
plures evolvendae aut pauciores .xi. contigerunt, facile indicat nobis fuisse er-  
75 torem contractum qualem antea etiam in epistolis ostendimus, transpositis a  
bibliopola paginarum decuriis, quas etiam vocare quaterniones audacter pos-  
sis siquidem etiam quaterniones usurpavit Hieronymus, homo non in vita  
sanctior quam in scriptis politior. Quod autem bis paucula illa quae diximus<sup>21</sup>  
verba reperimus, causam puto hanc esse, quod imperitus ille librarius etiam  
80 illa quae singulis paginarum decuriis veluti signa consequentium subscribi  
solent in contextum ipsum recepit orationis.

<sup>17</sup> CIC., *nat. deor.*, 2, 62, 156. <sup>20</sup> ostendimus: *Misc.*, I 25; Hieronymus: *i lessici non registrano esempi in S. Girolamo di «quaternio»* (ma vedi *ad es. RUFIN.*, *Apol. adv. Hier.*, 2, 8).

<sup>64-69</sup> sub hoc verbum . . . libri] *add. marg.* <sup>70</sup> «locus hic»] *l'integrazione appare necessaria al senso;*  
*e del resto queste parole compaiono in una precedente red. rifiutata:* Ac mihi quidem locus hic restituendus  
ad hunc modum; *il P. dimenticò evidentemente di trasferirle nella red. definitiva.* <sup>72</sup> quod] *qui riferito*  
*a codicis che nella red. definitiva è stato sostituito da voluminis.* <sup>78-81</sup> Quod autem . . . orationis] *add.*  
*marg. sup.*

*Imus dico ad Tempore*

# *1º prius libro Ciceronis epistolas*

*Ciceronis libri qui nunc de deorum natura.*

*(Dedicatio)*

*Ciceronis libro secundus de deorum natura, nō minus laetior hinc 1.º.*

*Secundus est natus exemplaribus: & Hippolytum fabulosum pseu-*

*donius auctor habens: & quodvis, reprobatur: sed illa ob-*

*est illa etiam quod Hippolytus etiam deinde quidam Lactinus, Gallus et*

*fuit Hippolytus, etiam distinctus est: non sicut quoddam, sed etiam:*

*rebus: non quoddam. omnis auctor sit illa, sua fuit fata;*

*enimque illius: omnis auctor sit illa. Et nos ergo Ciceronem de-*

*Lanu, diffinimus pone anterius (cicero) in libro*

*~~deorum natura~~: hoc legimus modicū: si quoq' amittitur si minime regi-*

*mus. Ita ut ipsius enim poneat Rom. hoc poneat:*

*poneat quod: Quod nō aut molitur: Latine trahit q' poneat poneat:*

*nam etiam hinc diffinimus poneat: sed ipso ceteris*

*aut pugnamus agere: aut pugnare: Lanu qu' copiique*

*ad Lanu, nūc, nūc,*

*Lanu. Regum copiile: nūc, nūc, nūc, nūc, nūc, nūc, nūc, nūc,*

*lēgūm. Lēgūm. nūc, nūc, nūc, nūc, nūc, nūc, nūc, nūc,*

TAV. I. - Prima carta del ms. F.G.C. contenente l'inizio del capitolo *De Divinatione*.